



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus XL. De Dominica II. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

illis autem Sabbatis, in quibus hoc Tempore (nempe eo, quod est à Dominica III. post Pentec: usque ad Adventum) fit de Feria, & non de B. V. in Sabbato, nec de aliquo Festo 9. Lectionum, sed v. g. de *Vigilia*, aut *Feria Quatuor Temporum* Mense Septembri, Lectiones tres in Nocturno Feriali dicuntur de Homilia illius *Vigilia*, vel *Feria*, cum Commemoratione Festi Simplicis, sine ultima de eo Lectione: Responsoria autem tunc dicuntur, ut Feria IV. proximè præcedente hujus Hebdomadæ, & Col: tunc *Viol.* Atque ad

Normam hujus Hebdomadæ 10. Mens: Aug: Ordinantur etiam *Officia* ac *Misse* sequentium Hebdomadarum hujus Mensis.

SABBATÒ ante Dominicam II. Aug: Antiphona ad *Magnificat* pro Dominica sequente est: *Ego in altissimis.* Col. Virid. nisi currat aliqua Octava; tunc enim, utur *Vesperæ* saltem à Capitulo sint de Dominica, Color debet esse Conformis *Festo*, infra cujus Octavam crastina occurrit Dominica, non autem *Dominica*, seu esse Viridis, per Rubricæ Gener: XVIII. Missal. n. 4.

TITULUS XL.

De Dominica II. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICA II. Augusti ponitur in I. Nocturno *Initium Libri*, qui dicitur *Ecclesiastes*, nisi occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Nocturno Lectiones, alioqui proxima die simili Festo (id est, proprias in I. Noct: habente Lectiones) non impedità, seu *Festiva* illa sit seu *Ferialis*. In II. Nocturno (si de ea fiat *Officium*) Lectiones propriæ in Loco. III. Nocturn: de Homilia Dominicæ currentis post Pentec. Indidem fumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, ad *Magnificat*, & *Oratio*. Responsoria verò, ac Cætera omnia in *Officio*, ut in *Dominicâ I. Augusti*.
Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in *Propr. de Tempor:* (siquidem fiat de Dominica) Ritu ac Modò superius Dominica III. post Pentec: annotatò; ubi etiam alia huc pertinentia.
Infra *HEBDOMADAM II. AUGUSTE* fiunt omnia ad Normam Hebdomadæ I. Augusti; nisi quòd cuius *Feria* suæ de *Scriptura* occurrente Lectiones assignentur, quæ dicuntur ubi, Responsoria autem, uti *Hebdomadâ præcedente*. Quòd si
ini.

Initium Libri Ecclesiastæ hesternâ
Dominicâ poni non potuit, ponend-
um erit die post illam proximâ non
impedirâ, ut suprâ.

SABBATÔ ante Dominicam III.
Augusti Antiph: pro Dominica se-
quente: *Omnis Sapientia &c.* Versus:
Vespertina Oratio &c. ut in Psalter.
Col. Virid. nisi occurrat aliqua Octa-

va: nam Dominicis infra Octavam
occurrentibus ab Octava Epiphaniæ
usque ad Septuagesimâ, & ab Octava
Pentecostes usque ad Adventum ex-
cludivè, si de ijs fiat Officium, cui
Colorem Altarium ac Paramen-
torum Sacerdotalium observandum
est, id, quod suprâ Sabbato ante Domi-
nicam I. & II. Augusti.

TITULUS XLI.

De Dominica III. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICA III. AUGUSTI po-
nitur in I. Nocturno *Initium*
Libri Sapientie, nisi occurrat
Duplex habens proprias in I. No-
cturno Lectiones; alioqui die pro-
ximâ Festo aliquo proprias in I.
Nocturno habente Lectiones simili-
ter non impedirà. Quod si hæc III.
Dominica Augusti venerit in ipsâ
die Assumptionis B.V. vel S. Hyacin-
thi, vel in die Octava S. Laurentij,
tunc dictus Liber Sapientie ponitur
in ipsâ die S. Hyacinthi, vel in die
Octava S. Laurentij (nisi & hi dies
sint alicubi v. g. Feste Dedicacionis,
impediri) & de eo legitur in Feste
S. Bernardi (Idem est de alio Feste
Semiduplici, aut Duplici minore in
eodem) occurrentiâ Dominicæ ter-
tiâ Augusti, si quod ante vel post Fe-
stum S. Bernardi alicubi fortè occur-

rat, v. g. in Loco, in quo S. Ag-
nitus M. est duplex minus) ac post
Octavam Assumptionis B. M. V.
superstet dies, usque ad sequentem
Dominicam. *Rubr. hic.* Lectiones
Nocturni (si de Dominica hodie
Officium) dicuntur, uti notantur
Loco in Propr: de Temp. III. Nocturno
de Homil: Dominicæ currentis post
Pentec: uti in Ordine Dominicæ
post Pentec. Responsorija, ac Co-
nterâ omnia, ut in Dominica I. Au-
gusti, exceptis Antiph: ad *Benedictio-*
& ad *Magnificat*, quæ unâ cum *Or-*
atione sumuntur ex Dominica cur-
rente post Pentec. *Missæ* (si fiat de
Dominica) dicitur pariter de Domi-
nica curr: post Pentec: uti notatur
in Propr: de Temp: Ritu ac Modis
superius cum alijs huc pertinenti-
bus annotatô Dominica III. post
Pentec.